



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 120. Berquini libri a Parlamento suppressi & caussæ hijus judicium ad facultatem remissum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. cos suos liberalis , erga pauperes bene-
A.C. 1523. ficus , & exacte boni Catholici partes

explens : Cum vero Monachis , ac Theologis Scholasticis plus æquo offensus es-
set , & tam hos quam illos liberiori lin-
guia proscinderet , primo graves adver-
sus eum movebantur querelæ , postea
tanquam hæreticus , ac Lutheri fautor
accusabatur : Præcipue autem illi cri-
mini dabatur , quod Verbi divini Præco-
num consuetudinem reprobasset , qua
neglecta Spiritus sancti invocatione , Bea-
tissimam Virginem invocarent , in hoc
tamen haud graviter errasse videtur .
Pariter eidem objectabatur , quod doce-
ret , Virginem Mariam non esse appelle-
landam fontem gratiæ , nec in vespertina
Antiphona salutandam esse his ver-
bis : *Vita nostra , & spes nostra , id enim ,*
ajebat ipse , aptius convenit Christo , nec
ejusmodi consuetudini sacrae Paginæ suffra-
gantur. Denique accusabatur , quod
nonnullos Erasmi libros non modo Gal-
lice reddiderit , sed etiam plura de suo
adjecerit .

§. CXX.

Berquini libri a Parlamento suppressi ,
& caussæ hujus judicium ad Fa-
cultatem remissum.

Argent. l. c. **H**ujus caussæ cognitionem in se suscep-
p. 406. pit Parlamentum , ac die decima
tertia

tertia Maji Berquini libros afferri, at- ^{Sæcul. XVI.}
 que ad Parisinam Theologiæ Faculta- ^{A. C. 1. 2.}
 tem, ut de iis judicium suum proferret, ^{Chevill. de}
 deferri jussit. Reperiebantur in domo ^{Corig. de}
 liber de abroganda Missa, aliaque Lu- ^{l'imprim.}
 theri & Melanchtonis opera praeter se. ^{p. 176.}
 ptem vel octo tractatus, quos ipfemet
 conscripsit: uti sunt: *Speculum Theolo-*
gistarorum de usu, & Officio Missæ; Ra-
tiones Lutheri, quibus omnes Christianos es-
se Sacerdotes suadere molitur; Certamen in-
ter pietatem & superstitionem Alii præ-
 terea inveniebantur libri, ab eo Galli-
 ce redditi, quales erant: *Rationes, pro-*
ppter quas Lutherus Decretales, ceterosque
Juris Pontificii libros publice igni tradidit;
Trias Romana; & Paradisus Papæ præter
 alios quosdam tractatus: Igitur Facul-
 tas Theologica in hisce libris a se ex-
 minatis hæreses, ac Lutheri blaipi. e-
 mias disertis verbis contineri pronuntia-
 vit, hocque suum Judicium sexta die
 vigesima sexta Julii Anno millesimo quin-
 gentesimo vigesimo tertio defuper dedit,
 & illud ad Parlamenti Curiam dire-
 xit. Demum, postquam quemlibet Ber-
 quini librum speciali censura perstrin-
 xerat, conclusit: *Omnis illius libros esse*
igni concremandos: ipsum vero Berquinum,
quoniam Lutheranæ impietatis accerrimus
effet propugnator, ad publicam abjurationem
via juridica compellendum; eidemque prohi-

B b 2

ben-

Sæcul. XVI. bendum, nec post hac attentet componere, aut
A.C. 1523. e latino in vernaculum sermonem quicquam
transferre, quod in præjudicium fidei ca-
 tholicæ vergat.

§. CXXI.

*Hujus caufsa per Parlamenti edictum
 ad Parisiensem Episcopum delata.*

Argent. l.c. **Chev. l. c.** **Ex i. Regist.** **MS. censur.** **sacrae Facult.** **Par. fol. 100** **¶ 179.** **H**anc in rem Parlamentum promulga-
 to edicto præcepit, ut facultatis
 sententia Berquino significetur: Ille au-
 tem ad Doctorum judicium tam calamo,
 quam lingua præsentibus etiam Judici-
 bus respondit, hinc cognita illius perti-
 nacia die prima Augusti captus est, &
 quarto post die aliud edictum adversus
 eum hunc in modum emanavit. *Exa-*
minatis a Curia quibusdam libris a Ludovi-
co Berquino nunc in carcere inclusi compo-
sitis, vel Gallice redditis, constat, quod
præfatus Berquinus hæresin ac damnatam
Martini Lutheri doctrinam velit sequi, ac
tenere: quapropter ejusmodi libri Curia
jussu, & petente Procuratore Generali ad
illius forum delati, necnon præsentibus Ber-
quino, ac quibusdam Consiliariis ad id de-
putatis Doctoribus Parisiensis Theologicas
Facultatis traditi fuere: Visis igitur judi-
cis ac præfatæ Facultatis deliberatione, ip-
sisque Berquini responsis scripto ab eodem
Procuratore Generali exhibitis, postquam
cuncta